

16 *Quomodo Homo in Christo* CAP. 3.
nominat, impuros autē *canes & porcos*
Marci. 7. quibus nefas sit *sanctum dare*
& margaritas obijcere. Porro quisquis
hanc generis nostri corruptelam non
emēdat, nec in Christo renovatur, sed
talis moritur, qualem modo hominē
pelluinum descripsimus; hic vero in
omnem æternitatem retinebit naturā
suam Satanicam, arrogantem, fastuo-
sam & superbam; manebitq; crudelis
Leo, invidus canis, rapax lup⁹, vermis-
que & basiliscus pestilens; unde nun-
quam reformandus, circumfert per-
petuo Satanæ imaginem per tenebras
sempiternas, ut faciat contestatum se
in Christo non vixisse, neq; secundum
imaginem Dei renovatum fuisse; juxta
illud Joan. in Apoc. cap. 21. *Foris sunt ca-
nes, idololatrae & benefici omnesq; qui di-
ligunt & faciunt mendacium, &c:*

CAPUT III.

QUOMODO HOMO IN CHRISTO
ad vitam æternam renovetur.

Galat. 6. *In Christo Jesu neque cir-
cumcisio aliquid valet, neq; præ-
putium: sed nova creatura.*

REgeneratio est opus Spiritus san-
cti, per quam homo ex filio iræ
con-

NB.